

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΣΤΕΙΑ.

HIEROCLIS

PHILOSOPHI

FACETIÆ.

DE PRISCORVM STV-  
DIOSORVM DICTIS ET EACTIS  
ridiculis, nunc primùm editæ

*Cum Notis &*

*Variis variorum auctorum characteribus &  
notationibus Scholasticorum.*



LVBVDVNI.

clō lōc v.

## LECTORI S.

**V**ulgaria est opinio, & quae plerisque  
 omnes indoctos praecepit, eos qui in aulas ma-  
 gnatum aut scholas amandantur magistrorum,  
 non modo doctiores, sed moratiores inde revenire civi-  
 lioresq;. Equidem de aulis nullus infitior, optimas esse  
 officinas, ubi adolescentum expoliantur mores, urba-  
 na indatur astutia, ac in ipsa humana conversatione  
 amabilitas. Sunt nimirum Aulici, si quod hominum  
 genus, ut Ammonius loquitur, χαλεπότες καὶ ἑπιδέ-  
 ξιοι ἐν τῇ πολιτικῇ ὁμιλίᾳ: abesset tantum nuda illa  
 simulatio & Spartana mentiendi ac fallendi prompti-  
 tudo. Contra ea Scholastici homines sunt simplicissi-  
 mi & falsare nescii; in mortalium coetu inepti, infice-  
 ti, insulsi, stupidi, inertes, deniq; ad omne opus ag-  
 grediendum inhabiles. quos ubi videris in congressu,  
 risum vix est ut comprimas, ita salutati tergiversan-  
 tur respondere, cum animo suo (opinor) prius dispu-  
 tantes, manus porrigenda sit an attrahenda, pes dex-  
 ter an sinister flectendus an uterq; simul, quod in rusti-  
 cis observamus. Hic aliis confabulantibus veluti trun-  
 cus adstat, ore hiante picturas aliam ve rem objectam  
 cum stupore contemplatur: alter, nemine advertente  
 clam sese subducit, &, ut est apud Horatium, statuâ  
 taciturnior exit: alius in mensa tamquam absens  
 assidet, profundè cogitabundus quasi enthuſiasta qui-  
 dam (phantasta certius verius dixerim) in sublime  
 caelum raptus, nihil eorum quae aguntur vel dicuntur  
 pensi habens. unde cum ordo eum tangit vel fors, vel si  
 obiter rogetur, fere εἰδὲν ὡς ῥόμβον, tantum abest  
 ut ad

ut ad aliorum quàm gestuum quàm morum formulam sese  
componere periclitaretur. Ideò adolescentulos opti-  
mus vita humane Arbitrè existimavit in Icholis  
stultissimos fieri. quia nihil ex iis, quæ in usu  
habemus, vel audiunt vel vident. Et quidam ap-  
ud Athenæum, Philosophi, ait,

Sermone solo sunt sapientes; ceteris

In rebus esse novi ego stultissimos.

Quod de illis dictum arbitror, quibus anima non est pro-  
sala. quippe reliqui ne ipso quidem sermone. Exempla  
suggerit elegans iste libellus, quo Hierocles sive Pytha-  
goricus ille fuerit, seu alius quispiam, χαρῆς ἐξ ἑσθῆς ἐξ-  
pressit ἀνακιδνοίας ἡολασικῆς. Eum nuper, cùm  
otium esset, & animum oblectandi sicut in ludum mit-  
terem, ex vet. lib. descripsi, transtuli, operaq; tra-  
laticia in usum tuum, Lector, castigavi, ut in eadem  
otii circumfluentia esset, unde tibi faceres volupe. Va-  
le, & quam rem gerant Scholastici ante-veteres.

& nunc-novi, pariter cogita. Myrtilletis

KAL. MART.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ  
ΑΣΤΕΙΑ.

I.

Σχολαστικός κελυμβᾶν βελομένῳ ᾤχετο μικρόν ἐπίνυγμ. ᾤμοσεν ἔν μὴ ἀψαδοται ὑδρατῳ, εἰάν μὴ πρῶτον μάθη κελυμβᾶν.

II.

Σχολαστικὸς ἵππον πιπρόσκονιῳ ἠρώτησέ τις, εἰ πρῶτοβόλοῳ ἐστὶ; τοῦ δὲ Φήσαυιῳ, δολυπερόβολον εἶναι, ἔφη, πῶς οἶδρα; ὁ δὲ εἶπεν, ἀπαξ ἐδύλασεν ἐμὲ καὶ τὸ πατέρα μου.

III.

Σχολαστικός Φίλω σταντήσας εἶπε, καθ' ὑπνυσε σε ἰδῶν προσηγόρευσα ὁ δὲ, συγγνωθὶ μοι, ὅτι ἐπροσέχον.

IV.

Σχολαστικός νοσῶντα ἑπισκεπτόμενῳ ἠρώτησε περὶ ὑγείας. ὁ δὲ σὺν ἡδμῶν ἄποκλειθῆναι. ὀργισθεὶς οὖν ἐξήλεγξεν, ἐλπίζω καὶ μὲ νοσήσῃ, καὶ ἐλθόντι σοι μὴ ἀποκλειθῆναι.

V.

Σχολαστικός ἵππον ἑπίπρασεν. ἐλθόντι δὲ πνῳ καὶ μανθάνοντι τὸ βόλον, εἶπε, τί σὺν ὁδόντας αὐτὸ τρεῖς; εἶδεν ὡς τρώη καὶ ᾤεπαλεῖ.

VI.

Σχολαστικός ἰατρῷ σταντήσας, συγχωρήσόν μου, εἶπε, καὶ μὴ μοι μέμψη, ὅτι σὺ ἐνόησα.

VII.

Σχολαστικός μὴ ἐθέλων παῖσιν στανεχῶς τὰ β-  
βλία

# HIEROCLIS PHILOSOPHI

## FACETIÆ.

I.

Scholasticus natare volens pene suffocatus est. Juravit igitur nunquam attacturum aquam, priusquam natare didicisset.

II.

Ex Scholastico equum vendente quidam querebat, an primo jaculus esset? quo respondente secundo jaculum esse, alter insit, unde nosti? quia, ait, aliquando & me pariter & patrem meum eiecit.

III.

Scholasticus amico obviam factus, inquit, in somno te visum allocutus sum. Cui ille, da mihi veniam quod non auscultarim.

IV.

Scholasticus ad egrotum intervifens rogabat de va-  
litudine. ille verò non poterat respondere. iratus er-  
go Scholasticus hominem objurgavit, & , spero me  
quoq, egrotaturum, inquit, tibiq, adveniendi non  
responsurum.

V.

Scholasticus equum venditabat. cum verò accede-  
ret quidam & rogaret dentitionem, dixit, quid den-  
tes ejus observas? vide ut comedat ac obambulet.

VI.

Scholasticus medico obvians, ignosce mihi, inquit,  
& noli queso irasce, quod non egrotaverim.

VII.

Scholasticus murem capturiens, qua incessanter li-

βλία αὐτῆς τρώσονται, κρέας-θλακῶν ἐναντία ἐκάλ-  
θισεν.

II X.

Σχολαστικὸς θέλων τὸν ἵππον αὐτῆς διδράξαι μὴ  
τρώγειν πολλαῖς, ἔπαρέδουκεν αὐτῷ τροφάς. ἄποθα-  
νόν|θ| δ|: ἔ| ἵππος τῷ λιμῷ, ἔλεγε· μέγα ἐζημιώ-  
θ|ω· ὅτε γ| ἔμαθεν μὴ τρώγειν, τότε ἀπέθαν-  
εν.

IX.

Σχολαστικὸς οἰκίαν πωλῶν, λίθον ἀπ' αὐτῆς εἰς  
θλεῖγμα παρέφερον.

X.

Σχολαστικὸς \* θέλων εἰπέπει αὐτῷ κριμαῶσται,  
καμύσας ἐσπλήριζετο.

XI.

Σχολαστικὸς οἰκίαν περιάμψθη, καὶ τῆς θυρί-  
δας περὶψας, ἠρώτα πῶς παρμόνας εἰπέπει  
αὐτῷ ἢ οἰκίαν.

XII.

Σχολαστικὸς κατ' ὄναρ ἰσῶν ἦλον πεπάτηκέναι,  
καὶ δόξας ἀλγεῖν τὸν πόδα, παρέδῃσται. ἔτερο  
δὲ μαθὼν τὴν αἰτίαν ἔφη, Δράκ| γ| ἀνυπόδρητο  
κριμῆσται;

XIII.

Σχολαστικὸς νυκτὶ ἐπανέστηκε τῇ μάμμῃ αὐτῆς  
πληγῆς δὲ Δρά τῷ πατρὸς λαβῶν, εἶπε· σὺ  
ποσῶτον χεῖρον τὴν μητέρα με ὀχθεῖς, μηδὲν ὑπὸ  
ἔμοσ| παθῶν, καὶ σὺ ὀργίζῃ ὅτι τῇ μητρὶ σε ἀπαῖς  
με ἀγῶν.

XIV.

Σχολαστικὸς ἰατρῷ σωματῆσας ὑπὸ ταῖχον  
ἐκρύβη

bros ejus arròdebat , carnem mandens è règeione ejus  
confedit.

VIII.

Scholasticus volens equum suum docere , ne multum  
comederet , nihil ei præbuit pabuli . tandem equo fame  
mortuo , magno damno , inquit , affectus sum : Cùm  
enim jam didicisset non comedere , mortuus est .

IX.

Scholasticus domum venditurus , lapidem ab ea a-  
vulsum in specimen circumtulit .

X.

Scholasticus scire studens , num se decoraret so-  
mnus , clausis oculis speculum inspexit .

XI.

Scholasticus in domo , quam emerat , de fenestra  
prospiciens interrogabat astantes , an se deceret illa  
domus .

XII.

Scholasticus in somnis sibi visus clavum imegisse ,  
& pedem dolere ratus , obligavit . alius autem causa  
cognita , ait ad eum , ecquare discalceatus dormis ?

XIII.

Scholasticus noctu adinivit aviam suam . ea rever-  
beribus à patre exceptus , inquit ; Tu tantum tempo-  
ris matrem meam inis nihil à me perpeusus , & mihi  
irascaris quem apud matrem tuam semel deprehen-  
disti .

XIV.

Scholasticus medico occurrens post parietem

ἐκρύβη. Ἰνὸς δὲ πυθμονίς πλὴν αἰθίαν, ἔφη, και-  
ρὸν ἔχω μὴ ἀφθνήσας, καὶ αἰχμύομαι εἰς ὄψιν ἐλ-  
θεῖν δ' ἰατρῶ.

XV.

Σχολαστικῶ ἔμπορῶ εἶπεν, ὅτι ὁ πατὴρ μὸς ἔλα-  
σε τὸν ἀγρὸν σε. καί κεῖν ἔφη, καὶ τί λέγῃ;

XVI.

Σχολαστικὸς ἀμυναίαν ἔχων ἐσφραγίσεν αὐτῷ.  
δὲ δὲ δὲ καὶ κάτωθεν τρηπίδι, καὶ τὸ οἶνον αἰροῦν, καὶ  
ἐθαύμαζεν ὅτι τῶν συμμάντρων σώων ὄντων ὁ οἶν ἔ-  
λάτῃτο. ἔπερ ἔειπεν, ὅρα μὴ κάτωθεν ἀφηρεῖται.  
ὁ δὲ, ἀμαθῆσατε, εἶπεν, εἰ τὸ κάτωθεν λείπει, ἀλ-  
λά τὸ ἀνωθεν μέρεθ.

XVII.

Σχολαστικὸς ἰδὼν σρεθία ὅτι δένδρον, λάθρο  
ὑποσελθῶν ὑφαπλώσατο τὸν κελπὸν, καὶ ἔστε τὸ  
δένδρον, ὡς ὑποδεξάμεθ τὰ σρεθία.

XVIII.

Σχολαστικὸς ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ ἐξιὼν, ἠρώτα πειν  
ὑδωρ, εἰ καλὸν, ἐν τῷ αὐτόθι φρέατι. τὸ δὲ φη-  
σάντων ὅτι καλὸν, καὶ γὰρ οἱ γονεῖς αὐτῶ ἐξ αὐτῶ ἐπι-  
νον. καὶ πηλίκες, ἔφη, εἶχον τραχηλῶς, ὅτι εἰς το-  
σοῦτον βάθρον πίπειν ἠδύωνται.

XIX.

Σχολαστικὸς σχολαστικῶ σιωντήσας εἶπεν, ἔμα-  
θεν ὅτι ἀπέθουες. καί κεῖν, ἀλλ' ὁραῖς με ἐπὶ, ἔ-  
φη, ζῶντα. καὶ ὁ σχολαστικὸς, καὶ μὴ ὁ εἰπὼν μοι  
πληρῶ σε ἀξιοπιστύτερον ὑπαίρχει.



*sefe abdidit . quodam autem causam quarente , dixit ,  
jam diu est ex quo non agraavi , ideò erubesco prodi-  
re in conspectum medici .*

XV.

*Scholastico mercator nuntiavit , à preterfluente a-  
bactum agrum ejus . respondit ille , & quid dicam ?*

XVI.

*Scholasticus vas vinarium , quod habebat , obfig-  
naverat . quod cum famulus subitus perforaret vinumq;  
auferret , mirabatur , is signaculis salvis vinum immi-  
nui . ad quem alter quidam , vide , inquit , ne subitus  
sit ablatum . at ille , stultissime , inquit , non inferior  
deficit , sed superior pars .*

XVII.

*Scholasticus , conspectis passeribus in arbore , clam  
subiens expandit sinum , arboremq; concussit , quasi  
passeres decedentes excepturus .*

XVIII.

*Scholasticus in agrum suum egressus , desiderabat  
bibere aquam , si pura , ex eo qui erat illic puteo . affir-  
mantibus autem quibusdam bonam esse , & parentes  
ipsius ex eodem bibisse ; ecquam longis , inquit , collis  
praditi erant , qui tantam profunditatem bibituri as-  
sequi potuere !*

XIX.

*Scholasticus scholastico obvius ait , intellexi te mor-  
tuum esse . Cui ille , at qui vides , inquit , me etiamnum  
vivere . & scholasticus ; at verò , qui mihi dixit , mul-  
tò te fide dignior est .*

## XX.

Σχολαστικὸς μαθὼν ὅτι ὁ κῆρυξ ὑπὲρ τὰ Δαθ-  
κῶστα ἔτι ζῆ, ἀγορεύσας κῆρυκα εἰς Δοτόπιδραν ἐ-  
τρεφεν.

## XXI.

Σχολαστικὸς εἰς χειμῶνα ναυαγῶν, καὶ τῷ συμ-  
πλεονίῳ ἐκάσσε πλειπληκρῶν σκόλας πρὸς τὸ  
σωθῆναι, ἐκείνῳ μίαν τῶν ἀγκυρῶν πλεπλέξατο.

## XXII.

Διδύμων ἀδελφῶν εἰς ἐτελὸς θῆσαν. σχολαστικὸς  
ἐν ἀπαντήσας τῷ ζῶντι ἡρώτῃ, σὺ ἀπέθανες ἢ ὁ ἀ-  
δελφός σε;

## XXIII.

Σχολαστικὸς ναυαγεῖν μέλων πινακίδας ἤτι, ἵνα  
Δαθικὰς γράφῃ. σὺ δ' οἰκέτας ὄρων ἀλγύντας  
Δαθὸς κινδιῶς, ἔφη, μὴ λυπεῖσθε· ἐλάθεσθε γὰρ  
ὑμᾶς.

## XXIV.

Σχολαστικὸς ποταμὸν βελόμην περιέσση, ἀνήλ-  
θεν ἐς τὸ πλοῖον ἐφιπώθη. πυρομύς δὲ ἴνῃ τῷ  
αἰλίαν, ἔφη, σπεδάσειν.

## XXV.

Σχολαστικὸς Δοτορῶν διαπανημάτων, τὰ βιβλία  
αὐτῆς ἑπίπρασεν, καὶ γράφων πρὸς τὸ πατέρα ἔλεγε·  
σύγκαιρε ἡμῖν, πάτερ· ἦδη γὰρ ἡμᾶς τὰ βιβλία τρέφει.

## XXVI.

Σχολαστικὸς παιδίον ἀπέθανεν· ἰδὼν δὲ πλῆ-  
θη λαῶν σωελθεῖν, ἔλεγε· αἰχμύρομαι εἰς τοσῶτον  
ἄχλον μικρὸν παιδίον πρὸς φέρειν.

## XXVII.

Σχολαστικὸς υἱὸς ὑπὸ τῷ πατρὸς εἰς πόλεμον ἐκ-  
πεμπο-

## XX.

Scholasticus cum audisset corvum ultra ducentos annos vivere, ut periculum faceret, corvum emit & aluit.

## XXI.

Scholasticus tempestate eborta navigans, cum ceteri vectores obviam quisque arma, quibus enatarent, arripere, ille unam ex anchoris amplexus est.

## XXII.

Gemellorum fratrum unus diem obierat. Scholasticus igitur obviam factus superstiti, interrogabat, ipse ne mortuus esset an frater ejus?

## XXIII.

Scholasticus transfrataturus codicillos poscebat, quibus testamentum conderet. videns autem servos periculo suo angi, sic eos affatus est; nolite tristari; nam vos manumittam.

## XXIV.

Scholasticus flumen volens trajicere, conscendit navem eques. petente quodam causam, dixit se festinare.

## XXV.

Scholasticus egens sumptibus libros suos vendidit, & datis litteris ad patrem scripsit; Latere nobiscum, Pater; jam enim libri nos alunt.

## XXVI.

Scholastici puerulus obierat. Conspicatus autem magnam frequentiam populi ad funus convenire, ait; Erubesco in tantam turbam parvum puellum efferre.

## XXVII.

Scholastici filius à patre in militiam missus, re-

πίμλμϑ ὑπέγετο ἐνὸς τῶν ἐχθρῶν κεφαλῶν ἀγα-  
γεῖν. ὁ δὲ ἔφη, ἄχομαι καὶ χεῖς κεφαλῆς σὺ  
ἔλθόντω, μόνον ὑγιῖ ὄντω ἰδεῖν, καὶ ἄφρονθίωαι.

XXIIX.

Σχολαστικῶ φίλμϑ ἔγραψεν εἰς Ἐλλάδα ὄνπ,  
βιβλία αὐτῶ ἀγορεύσθ. ἔ δὲ ἀμελήσασθ, ὡς μὲν  
χρόνον τῶ φίλμϑ σνωψίσθ, εἶπε· τίω ὀπισθῶν  
ἰὼ πεί βιβλίων ἀπέστλάς μοι, σὺκ ἰκοσμοσίμω.

XXIX.

Σχολαστικὸς καὶ Φαλακρὸς καὶ κερδὺς σνωδύ-  
οντες σνωέθεντο πρὸς τέσσαρας ὥρας βιγλῶσθ. ἔ-  
λαχεν οὖν πρῶτον τῶ κερδί. ὁ δὲ μετεωροζόμεμϑ  
τὸν σχολαστικὸν κριμώμωμον, ἐξύφισεν, καὶ τῶ ὥρῶν  
πληρωθῆσῶν διύπνισεν. ὁ δὲ κνητόμωμϑ αἰφ' ὕπνῶ  
τίω κεφαλῶν, καὶ ἄρῶν αὐτίω \* ἔφη· μέγα  
κάρμα ὁ κερδὺς· πλανηθεῖς γῶ,  
ἀντὶ ἐμοῦ τὸν Φαλακρὸν  
διύπνισεν.

Τ Ε Λ Ο Σ.

sus, recepit se unius hostium caput allaturum. at hic,  
velim vel te, inquit, absq<sup>3</sup> capite redire, modo saluum  
videre & letari possum.

XXIIX.

Ad Scholasticum in Gracia versantem amicus lit-  
teras dedit, quibus ab eo petiit ut quosdam sibi libros  
compararet. at hic, neglecto negotio, ut post tempus  
in amicum incidit, ait; epistolam, quam de libris ad  
me misisti, non accepi.

XXIX.

Scholasticus caluusq<sup>3</sup> & tonsor unà ambulantes, in  
quatuor usque horas pacti sunt vigilare. tetigit autem  
sors primò tonsorem. Hic sublevans dormientem scho-  
lasticum rasit, horisque elapsis expergefecit. qui scal-  
pens à somno caput, ubi id arrasum esse sensit, ex-  
clamavit; magnum scelus iste tonsor: er-  
rans enim, pro me calvum  
excitavit.

FINIS.

NO.

NOTAE IN  
HIEROCLIS FACETIAS.

**S**cholastici dicuntur litterarum studiosi, qui & Studentes. nam in Isidori glossis legitur; Pappas, pædagogus, qui sequitur studentes. Vulgatiore tamen appellatione Scholares. unde in vet. Onomastico; Scholaris, σχολαστικός. & apud Quintilianum Instit. orat. lib. II. de officio discipulorum; In ipsos cœtus scholarium læti & alacres convenient. quam lectionem præferunt libb. veti. nec causa fuit cur Raph. Rhegius sollicitaret, primus nec indiligens eius scriptoris castigator atq. interpres. multo minor Henr. Bebelio, ut apud Martianum Capellam τὸ Scholarium mutaret in Scholasticorum, verbi, uti refert, barbarie offensus, quam verò nec præsci illi Theologi nec Juriconsulti refugere. illud rectè atq. ordine censuit, libellum De disciplina scholarium, qui Boëthii nomine circumfertur, non esse Romani illius Consulis, nec aded Latini cuiusquam scriptoris, sed barbari ac inidonei. hoc, inquam, verè censor ille non ex pessimis, & princeps litterarum apud Germanos instaurator. At verò antiquitus Scholastici dicti ipsi Philosophi, seu dicendi ac docendi magistri. quod nomen jam Theophrasti ævo usurpari cœptum est, & ad patrum usq. memoriam inolevit. dicebantur etiam Sophistæ. sed ut horum pravo instituto & corruptis moribus impetratum fuit, ut omnes nomine illo insignirentur, qui prudentes veritatem fallerent, non aliter atq. Tyranni, Scurræ, & similes hominum degeneres, ita scholasticorum incivili studio & morosa

vita effectum, vt tamquam inepti ac bardi digitis demonstrantur à populo. Hinc id genus hominum inquiebat Epictetus esse ζῶον ἔ πάντες ὀπηρελῶσιν, ut scribit Arrianus in Comment. Et Plinius in epist. Scholastico homine nihil ait esse simplicius. A quorum moribus unamquamq; vel minimam rem concisè cum stupore cogitantium etiam Phantastas (Fantast) Græco vocabulo appellamus, qui ineptè quid aut dicunt aut faciunt. Et quia in hacce stupiditate se solos sapere sua persuasione credunt, inde, meâ sententiâ, sanctissimum Sapientis nomen, quod solis diuinarum atq; humanarum rerum peritis tributum, ad stultos per ludum ac iocum traductum est. quod ipsum non obscure innuit Felix Fabri, qui in sua Sueuorum hist. lib. 1. cap. 8. ita scriptum reliquit; Lingua Theutonica Frantzig idem est quod comptus moribus, unde ironiæ vulgares aliquem nominant Frantz (Francum) (Frantz) qui est incompositus & immorigeratus, sicut etiam stultos nominat sapientes. quin philosophari eos, qui in convivio ac mensa parum decenter sese gerunt, Alanus dicit in lib. de planctu naturæ; cuius verba adducit commentator Boethianæ Philosophiæ Thomas Aquinas, si titulus non mentitur auctorem. Verùm ne longius loquar, Scholastici sunt, qui in pulvere litterario degunt vitâ, nec ad forum umquam accedunt, nec ullos ambiunt honores, sed in umbris scholarum, veluti vulpes in cavernis latitant. unde à vulgo scholasticæ vulpes (Schulfuchs) jure ac merito suo audiunt, & à nonnullis Calamysii (Kalmenser) id est (nam Græcè melius exprimitur) μύες καλαμοτσῶροι, quod instar

muti.

murium in antris suarum scholarum calamos arro-  
dant, Petronio peraccommodanter doctores um-  
bratici. inter quos, ait in eodem negotio Satyricus,  
qui nutriuntur nō magis sapere possunt, quā  
benè olere qui in culina habitant. Atq; hoc, aut  
vehementer animi fallor, aut Hierocles noster voluit  
facietiarum suarum ἑπιμύθιον esse.

in II.

Πρωτοβόλ(Θ) Vt constaret facietia sua elegantia,  
fingendæ erant nouæ voces. itaque malimus vertere  
primojaculus & secundojaculus, quā quouis  
alio modo, quo Græcæ linguæ ignari non caperent dicti  
gratiam. Βόλ(Θ) est dentitio seu dentium emissio. in-  
frà in 5. καὶ μανθάνον(Θ) τὸν βόλον. Aristoteles lib.  
5. hist. animal. ἀκμάζει δὲ ἢ ἴπω(Θ) καὶ ἡμίον(Θ)  
μετὰ τῶν βόλων.

Ἐδούλασεν) nihil hoc verbum est. Lego, ἐβόλα-  
σεν. βολάειν est βόλλειν, ejicere, excutere. non e-  
nim vult portatos se ab equo, sed excussos. quo in verbo  
latet τ' ἀσείον.

in IX.

Παρέβυκεν) an παρέβυσεν? & ὠραβύειν inter-  
pretor παρέχειν, vel ὠραδιδόναι.

in X.

χολαστικὸς \* θέλων) excidit verbum εἰδέναι, vel  
γνώσκαι, aut tale quod.

in XII.

Κοιμήσται) manifestarium mendum. M S. in mar-  
gine habebat adscriptum κατ' ἄδδς, sed manu recen-  
ti, & quidem, nisi fallor, Sylburgii. an leg. κοιμαίεις &  
an νετὸ κειμήσται? illud magis est.

in XIII.



in XIII.

Νοκτὶ ἐπαπέθηκε τῇ μάμμη) Obscenus sensus hu-  
jus facetiæ, flagitium continentis infandum; obscurus  
tamen. sic est. Scholasticus iste fuit privignus, quem  
avia, id est mater vitrici, affectu non materno sed a-  
more deperibat plusquã novercali ad incestas res sollici-  
tando. & quia nox nihil moderabile suadet, et si Phœdra  
fuit, non invenit Hippolytum. Deprehensi ergo ne-  
quam illud facientes, à patre & verbis & verberibus  
objurgatus filius regerit &c. ἐπαπίσσομαι, σιωπῶσαιζεν.  
In vet. Onomastico; Adineo, ἐπαφίημι. leg. ἐπαπι-  
σημι. nam idem auctor in ibidem; In eo, ἐπίσημι.  
quippe adinire, pro ἐπαφίηναι vix est ut Latium ad-  
mittat. ad rem facit illud Martialis epigramma;

Quam blanda est tibi mater, Ammiane!

Fratrem te vocat, & soror vocatur.

Cur vos nomina nequiora tangunt?

ὄχλεύεις) in MS. erat ὄχλεύεις. an & ipsum in ob-  
sceno, sicut κινέειν? Aristophan. in Nubib: ἐκίνει ἀδελ-  
φὸς τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφῶν.

in XVI.

ἀμινάϊων) nuspam à me lectum in abstracto, ne-  
dum in hoc significatu. Nomen invenit à loco, ut &  
vinum ipsum apud Hesychium. hinc apud Dioscoridem  
lib. 1. cap. 78. legend. σμύρνης Ἀμινάϊας, ut Ἀμι-  
νάϊας σαφύλη lib. 5. cap. 6. vites Aminææ apud Ca-  
tonem de Re rust. & Plinium lib. 14. cap. 2. & 3. A-  
pud eundem lib. 12 cap. 16. ubi loquitur de generibus  
myrrhæ; Troglodytica silvestrium prima, Ery-  
threa sequens, & Minæa, in qua Stactea & A-  
tramitica est: legendum omninò, & Aminæa, i. q.

St. & Aramitica est. Et post paulo in eodem cap. Erythræ ad XVI. hanc volunt Arabicam intellegi: legend. Aramicam. Nam in eadem specie à Plinio ponitur myrtha Erythraea, Aminæa, Staçtea, Aramica, Gebanitica, & Ausiritis. Est autem Aramia eadem que Arabia Felix, peninsula inter duo maria, Rubrum Persicumq; procurrens, ait ipse Plin. lib. 6. cap. 28.

in XIIX.

Εἰς τοσῶτον βασιθε πινειν) Nihil mutandum. sic infra in 21. εἰς χειμῶνα ναυαγῶν. & in 27. εἰς ἑλ- λάδα δνλ. phrasis est Græcis solentissima.

in XXI.

Περωπλεσιμῶν σιδεσ) Scripsit sine dubio σιδε- os, quod rectum est. itaq; emendanda pariter ac inte- granda est illa, que Prochori nomine circumfertur, historia de S. Johanne Evangelista, in qua hæctenus vulgatur; πλοσέντων δὲ ἡμῶν ἐν τῷ κινδυνῷ & c. ἕκασθ ἡμῶν ὅπερ ἐπέλαθεν σιδεῖ \* τούτω καὶ σιωνεπλεσιμῶ. corrigo; σιδεθ, τούτω & c. ex- preto asterisco. nihil deesse sensus ostendit integer atq; commodus; & mox sequitur; οὕτως ἡμᾶς δι' αὐ' ἐκρε- τισεν σιδεσ & πλοσιθ & c. Sunt autem σιδεθ, qua Petronio arma, aliis quibusdam armamenta.

in XXIII.

Ἐλθθρω ἢ ὑμῶσ) ἐδειπλική ἀσφορήμοσῶν. Dubitabat Anacharsis in mortuisne an in vivis nume- randi essent οἱ πλοσόντες, quoniam, ut dicebat idem, tantum illi absint à morte, ὅσπν ἐσὶ τὸ πλοσθ & νεῶσ narrante Laërtio. Quum ergo Scholasticus iste animad- verteret servos suos hejulari propter illud discrimen, sic

eos al-

eos allocutus est; Ne contristemini: si quid enim periculi me dederit pessum, igitur ego vos solvam manu. Ridiculum itaq; in eo est, quod se à morte dixerit servos liberaturum. Potest verò & simplex retineri sensus. nam servi etiam mortis causa manumittebantur testamento, de quibus sunt tituli Pandect. & Cod. De manumissis testamento, De statu liberis, De fideicommissariis libertatibus, nominabanturq; Servi Orcini, h. e. Acheruntici, seu, ut Theophilo placet, *καρωνιακί.*

— in XXIX.

Βιγιλῶσσι) in M S. erat βιαιλῶσσι. Sed Βιγιλῶσσι Latinorum est vigilare. non enim Latini à Græcis, sed & Græci posteriores à Latinis multa & verba & genera dicendi mutuati sunt.

αὐτίω \* ἐφῆ) Decrevit nomen ψιλῶ, aut hujusmodi quod adjiciendum.

Μέγα καίκαρμα) καίκαρμα, Scelus, homo nequam & abjectis vilior algis. Gloss. Græcolat. καίκαρμα, ὅτι ὕβρεως, purgamentum. Iul. Pollux l. 5. c. 46. τῶν ἐν ταῖς τριόδοις καίκαρμάτων ἐκβλητότερον. Lucianus; καὶ ἐξονειδίζει ἀνδραπόδα καὶ καίκαρμάτα ἡμᾶς ὀποκαλῶν. Philo Iudæus; καίκαρμάτα καὶ παρενοχλήματα καὶ γῆς ἀχθῆ καὶ ὅσα τοιαῦτα ὀποκαλοῦσι. originationem tradit Ammonius πρὸς Δεσφόρων λέξεων scribens; καίκαρμάτα, τὰ μὴ τὸ καθαρθῆναι ὀπορρῆθῆναι μέγα.

FINIS.

περὶ ἀναισθησίας χαρακτῆρ.

**Ε**ὶ δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὄρα εἶπεν, βρο-  
 δυτῆς ψυχῆς ἐν λόγοις ἢ πράξεσιν. ὃ ἡ ἀναι-  
 σθησία, ποιῶτος ἢ οἷον λογισάμενον τῆς  
 ψήφοις καὶ κεφαλαίον ποιήσας, ἐρωτᾷν τὸ πῶς κα-  
 θήμενον, τί γίνεται; καὶ δίκην φάσγων, καὶ τῶ-  
 πτω εἰστέναι μέλων, ἑπιλατόμενον εἰς ἀγρὸν πορῶ-  
 εδοται. καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ μόνον καταλειπε-  
 δοται καθ' ἑαυτῶν. καὶ πολλὰ φαγῶν τὸ νυκτός, καὶ  
 ὑπὸ θάκῃ ἀνιστάμενον, ὑπὸ κινῶς τὸ ἔγειτον  
 διηχθεῖναι. καὶ λαβῶν καὶ ὑποθεῖς αὐτὸς, τοῦτε  
 ζητεῖν, ἢ μὴ διώσασθαι εἶρεν. ἢ ἀπαγγέλλοντός τινος  
 αἰτιῶ ὅτι τετελεύτηκέ τις αὐτῶ τὸ φίλων, ἵνα πῶς ἀρ-  
 χή-  
 ται, σκυθροπάσας καὶ διακρύσας, εἶπεν, ἀγαθὴ  
 τύχη. δεινὸς ἢ καὶ ὑπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλό-  
 μενον, μάρτυρας πῶς λαβεῖν. καὶ χειμῶν ὄντι  
 μάχεδοται τῶ παιδί, ὅτι σκύρας σὺκ ἠγόρασε. καὶ  
 τὰ παιδιά ἑαυτοῦ παλαίειν ἀναγκάζων, ἢ τεοχά-  
 ζειν, εἰς κῆπον ἐμβαλεῖν. καὶ ἐν ἀγρῶ αὐτὸς φα-  
 κίῳ ἔφων δις ἄλλας εἰς πῶν χύτραν ἐμβαλεῖν, ἀ-  
 βρωτον ποιῶσαι. καὶ ὑόντι ἔτι Διὸς, εἶπεν, ἡδύγη τὸ  
 ἄστρον νομίζει, ὅτι διὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι πύσσης.  
 καὶ λέγοντός τινος, πύσσης οἶει κατὰ τὰς ἱερας  
 πύλας ἐξενιτέχθαι νεκρῶς; πρὸς τοῦτον  
 εἰπῶν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ  
 γήρουντ.

# THEOPHRASTI ERESII

## Descriptio Stupiditatis.

**S**tupiditatem quoque definire possis, ut sit  
 animi tarditas, seu dicendum seu faciendum sit  
 aliquid. Stupidus vero is est, qui sedens ad cal-  
 culos, postquam rationes putavit, & summam sub-  
 duxit, roget eum qui sibi assidet, Summa quae est? Ac-  
 quum ei litem aliquis intenderit, ubi ad diem illum ve-  
 rum est, quo disceptari causa debet, eius oblitus in a-  
 gram proficiscitur. Saepe etiam sedens in theatro ad  
 spectandum, discedentibus aliis somno obrutus ibi relin-  
 quitur, quippe qui se ad multam noctem cibis ingurgi-  
 tarit; ac tandem sede sua exsurgens in canem vicini in-  
 cidit, à quo mordetur. Idem quod acceperit ipse ac re-  
 condiderit, id ipsum querere solet, reperire autem non  
 potest. quumque nuntiatur illi, obiisse aliquem ex fami-  
 liaribus ipsius, ut veniat exsequias, tum ille vultu ad-  
 mœstitiam composito, lacrymas etiam fundens, Bene,  
 inquit, eveniat. Debitas autem pecunias recipiens,  
 testes sibi asciscit: & vigente hieme, cum famulo,  
 quod cucumeres non emerit jurgatur. Puerulos quin  
 etiam suos, ut lucta se exercent, cursu contendant,  
 usque ad lassitudinem immodicam, cogere solet. In agro  
 lentem ipse coquens, sale bis in ollam injecto, ut man-  
 di nequeat, efficit. quumque à Jove pluit \* Rogatus ab  
 aliquo, ecquot putet Sacra porta elatos mortuos:  
 quot utinam, respondens ait, ego  
 & tu haberemus.

EX C. PETRONII ARBITRI  
Satyra Scholaſtici hominis  
character.

**N**UM alio genere furiarum declamatores inquietantur, qui clamant, Hæc vulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducẽ qui me ducat ad liberos meos; nam succisi poplites membra non ſuſtinent. Hæc ipſa tolerabilia eſſent, ſi ad eloquentiam ituris viã facerent: nunc & verborum timore, & ſententiã vaniſſimo ſtrepitu, hoc tantum proficiunt, ut cum in forum venerint, putent ſe in alium terrarũ orbẽ delatos. Et ideo ego adoleſcẽtulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex iis que in uſu habemus, aut audiunt aut vident; ſed piratas cum catenis in litore ſtantes, & tyrannos edicta ſcribentes quibus imperent filiis ut patrum ſcorum capita præcidant; ſed reſponſa in peſtilentia data, ut virgines tres aut plures immolentur; ſed mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaq; quaſi papavere & ſeſamo ſparſa. Qui inter hæc nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quam benè olere qui in culina habitant. &c.

EX JACOBI SADOLETI EPI-  
SCOPI CARPENTORACEN. libello  
De liberis rectè inſtituendis, de-  
ſcriptio Scholaſtici.

**H**Ac inſtitutione omnis planè ejicitur ex animo ingenuitas, & virtutis indoles obſoleſcit. hoc enim ex genere moroſi, & difficiles, & moleſti homines efficiuntur, nec caeteris ſolum, ſed ſibi ipſi inſeſti, omnia quaſi ſemper deſperantes, iidem lucifu-

gi, pusilli, ubi in cœtus se dedere, ridiculi, siti propè in  
angulis, nihil latum & liberum in animo comprehen-  
dentes, opploti mentem sordibus, & minutissimis occu-  
pationibus: quo quid virtuti, gravitati, dignitati, al-  
titudini animi fieri potest inimicius?

EX JOANNIS STURMII IN-  
stitutione Principis notatio inepti  
magistri.

**R**idicula doctrina est in arrogancia, mo-  
rositate, fastidio, levitate. si tamen docti ha-  
beri possunt, in quibus hujusmodi sunt animi  
motiones. Quamquam sunt in omni genere magnorum  
hominũ aliqui inepti: ut Oratores Erucii, Curtii, Ma-  
merci; Poeta, ut Marci, & Zoyli, & Charili; Sena-  
tores, ut Valgula, Afelli, Mancii; Imperatores etiam  
& duces, ut Therpsita, Glauci: in quibus nõ scelera vi-  
tuperamus, sed ridentur ineptia. &c. Sed fastidiosos,  
opinatores, arrogantes, rixatores, morosos, denique  
ineptos, nemo aspicit quin rideat propter ridiculum,  
aut doleat causa literarum.

EX ULRICI HUTTENI EQ.  
FRANCI Aulâ notatio  
Philosophi.

**O**Mnes qui in umbra philosophantur, nec aliquan-  
do ad res gerendas accedunt, quod sciunt nesciunt.  
Nam ut in tranquillo navim quilibet facile guber-  
nat, ita in isto otio unam quamq; rem strenuè laudant vel  
vituperant, aut utramq; faciunt: & consilia dant, ac de  
rebus maximis acutissime interdum disputant, verbis ab-  
unde instructi, repenitus inutiles, & ad omne opus nisi ex-  
erceantur prius, inepti. Iam ego enim, què in usum toties  
caput scabo? ungues rodo? *Quis si hodie rerum administra-*

tionem admovear, omnia imperitè egero, in consiliis absurda, & nihil ad rem suscepero, ut iure exclamaturus sit aliquis: Bove cives leporem venamur. Id quod illis quoque contingere videmus, qui multos postquam annos in libris versati, multa ac varia bellorum genera legerunt, aliqui etiam scripserunt, opus aggressi nihilo peritius rem militarem tractant. adeo peritè aliquid facere aliud est, quàm disertè dicere. At semper legere, semper meditari, aut scribere etiam, vel differere, si nihil agas præterea, quæ tandem vita est? Mihi enim vivere non videtur, qui, & nostri aiunt, sibi vivit. Adde hoc, quod hi, qui in studiis litterarum diutius versantur, non tantum interim non experiuntur res ipsas, verum etiam fiunt plerumq; obviciis negotiis inepti. unde suis ut plurimum moribus vivunt, ab aliorum convictu abhorrentes. Quos spectare licet, si quando hominum frequentia admoti fuerint, quàm sint in omnibus difficiles, quàmq; morosi & communi planè sensu carentes. Audent tamen interim nulli non sua exprobrare vitia, ac Reges incessunt ut stupidos, è medio tollant militiam, omnem rei familiaris curam ut supervacuam damnant, in diem vivendum docentes; divitias risu, voluptatè convitiis insectantur; rident fora, rident leges: non navigare, non equitare per illos licet, putò non cacare etiam; & quæ maxima pestis est, contagia quoq; ut rē frivolum derestantur, & humani generis propagationi operã dandam non putant; vellent mundum desertum reddere, ut neq; ipsi essent. Quid enim ista sibi volunt, optimum non nasci; proximum, citò natum aboleri? &c.

FINIS.